Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Lindeberg

HODOEPORI=||CON ITINERIS VE=||NETI, ROMANI, HELVE-||TICI, ET RHE-||NANI.|| Scriptum, et peractum || à || PETRO LINDEBERGIO || Rostochiensi.|| ... ||

Rostock: Möllemann, Stephan, 1586

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1726121186

Druck Freier Zugang

Cq -
2730.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1726121186/phys_0001

11_2.

~~C. II. f. 1019.~~ Cq-2730.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1726121186/phys_0002

HODOEPORICON ITINERIS VENETI, ROMANI, HELVETICI, ET RHENANI.

Scriptum, & peractum
à
PETRO LINDEBERGIO
Rostochiensi.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Cœlo opus est quocunq; ferat fortuna magistro.

Doctissimo Joachimo Pein a[illegible] fautori suo ch[illegible] Petrus Lindeb[illegible]

ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander.
ANNO
∞ IↃ XIVC.
1586.

Sum Jheronymi Schÿrlentÿ et filiorum Ipsius in Petzcou

IN HODOEPORICON ITALICVM PETRI LINDEBERGII.

EPIGRAMMA IOHANNIS FREDERI.

Salue digna vehi laude Experientia rerũ;
Artibus vnde venit, moribus vnde nitor:
Plenius vnde scias, quæ scis, auditaq́ spectes,
Quæq́ magis deceant te, deceantq́ minus.
Et facias faciendа tibi, vitandaq́ vites,
Quæq́ scias, alij, te duce, multa, sciant.
Trans mare qui currit, melior nec redditur inde,
Vtilius posset, quàm foris, esse domi.
Qui verò pulcris doctrinam moribus ornas,
Sint tibi fausta domi, sint tibi fausta foris.

ALIVD M. SAMVELIS CRVGERI.

Magna, manus veterum, laus est, sciuisse potentes,
Maior, longinqui, mœnia adire soli;
Maxima, festiuo, studuisse includere, versu,
Quæ data scire prius, quæ data adire prius.
Magna tibi hinc, maior, PETRE, maxima adorea surgit,
Claudis, adis, qui scis; carmine, regna, manus.

ALI-

ALIVD
IOANNIS DOMANNI.

Trans sola qui currunt, Lindbergi, et trans mare, mutãt
Cœlum illi, verbum est vt vetus, haud animum.
Ecquid & hoc in te? quem, trans sola, trans mare, ducit
Ætatis vigor hic, & vigor ingenij;
Non equidem; humani generis cognoscere mores
Suaue tibi, (& cui non suaue?) suãue mihi.
Nec tamen hoc tantum: quis enim neget vtile? quisnam
(Iuppiter vt lautam,) pascier ambrosiam?
Quæ fonte augustæ Sophiæ deducta perenni,
Suauiloquo vbertim manat ab ore virûm:
Queîs passim hìc sese fortis Germania iactat,
Et se passim istìc iactitat Italia:
Quin etiam varios casus perpendere, & vrbis
Mœnia, quæ nunc stant, cernere, diruta mox;
Vt non perpetuum quidquid luna aspicit, vtq;
Vrbs vna emoritur quando alia exoritur:
Nec vidisse satis: verùm perquirere caussas,
Quæ mala seditio, gignat & ambitio:
Quidue aliæ pestes aliud: quæ pharmaca contrà,
Quid sapere est, si non hæc sapere, est sapere?
Hoc ita fit. culto varia hæc quod carmine cantas,
Cernere quæq; solo, sunt data, quæq; salo:
Belle audis merito: ducunt tua carmina ducunt
Italiam in patriam, & patriam in Italiam.

STRENVO AC NOBILISSIMO VIRO, FRIDERICO LANGEN, Domino de Marche, &c. Selando, patrono suo summa observantia colendo.

DE peregrinationibus, vir generis nobilitate ac vetustate præstantissime, sunt qui diuersum iudicant. Quidam enim omnino peregrinari dissuadentes, cum Liuio, generosius quidquam in sua sede gigni; insitum verò alienæ terræ, in id, quo alitur, natura vertente se, degenerare, afferunt: Quidam idem summopere suadentes, euidentissimas, cum Homero, vtilitates perpendunt, dum pulcrùm sonare autumant: Multorum mentes, multorum vidit & vrbes. Vt autem alias mihi tantum arrogare non audeo, vt de hac re admodum controuersa (quod & Giphanius I. C. fatetur) iudicium feram, licet posteriores vltro meo iuuem calculo; ita multò minus coram T. S; ne, Phormio Hannibalem, aut rana cicadam erudire, videar. Commisso itaq; hoc T. S., ac laudibus dulcissimæ ἀποδημίας omissis, saltem causas instituti mei, hoc est, cur T. S. auctoritate, itinerum meorum descriptionem exire voluerim, producam. Prima autem & maxima hæc est, quod T. S. omnium optimè, ac æquissimè, de hoc meo labore iudicare poterit; vtpote, quæ ipsamet non solum multarum regionum est gnara, verumetiam plurimos familiæ nomine sibi iunctos, vrbium quas descripsi, locorumue peritos, eosq; minimè indoctos, habet. Vnus omnium loco satis esse poterit Ioannes Lindenouius, R. M. in arce Bergensi vicarius, vir, quantum ego, & mecum omnes sani iudicant, secundum Apulei pulcherrimè dictum, inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus, inter vtrosq; optimus. Accedit familiaritas ac conuersatio mutua, qua T. S. fratrem meum est complexa, quamq; ego, cum filio tuo Guntharo, apud nos studiorum caussa versante, eiusq; ingenij formatore Haquino, viro doctrina et fide præstanti habeo. Addo demum hoc, quod vnus, sæpissimè mihi cogitanti, cui potissimum meos sudores dedicarem, vndeue mihi imbecillo adhuc, ac ab obtrectatorum pecore, non satis tuto, patrocinium comparare, assentientibus amicis, etiam doctissimis, sis oblatus. Accipies igitur, quidquid est laboris, vir nobilissime, & in lucem tuo nomine prodire patieris, meisq; studijs fauere, & incipies, & perges. Vale. Rostochio, X. Kal. Aprilis. Anno 1586.

T. S. addict.

PETRVS LINDEBERGIVS.

ITER VENETVM, ET ROMANVM.

DIuitijs inhient alij, laudentq́ꝫ paternum
Degeneres fumum, vestigentuè horrida bella:
Me iuuat externæ linguas cognoscere gentis,
Ac varios spectare locos, exotica regna,
Et multorum hominum volup'est addiscere mores.
Adria cumprimis cordi, florentibus annis,
Et Phaëthonteæ perpessus damna ruinæ
Eridanus, Tibrisq́ꝫ, ac frater Tibridis, Arnus
Etruscûm, victæq́ꝫ inuicta cadauera Romæ.
Quare summe parens, cui totus militat æther,
Terrarumq́ꝫ globus, sacri me numinis aura
Dirige Christe tua, flexusq́ꝫ ostende viarum,
Et non auersam in præsentia carmina venam.
Te duce, quod tentatur opus, procedit abundè; "
Te duce, quod tentatur iter, discrimine tutum est; "
Te duce, nostra etiam saluũ premet anchora portũ, "
Optatumq́ꝫ salum: vigiles discedite curæ,
Omnis in astrigero mea stat fiducia cœlo,
Quæq́ꝫ iubet pietas haud vlla incommoda vito.
Tempus erat, reduci viduus quo sanguine cãpus,
Syluæq́ꝫ arentes, & largo vinea fœtu,
Cœptabantq́ꝫ vstæ rursum vestirier herbæ:
Cum me commendando Deo, flentemq́ꝫ parentẽ,
Linquebam ROseas, terræ natalis, ATHEnas, Rostochium.
Et varios mœrens, ad Varnæ marmora, cycnos.
Vectabarq́ꝫ citis, comitum stipante caterua,

Gustrouium. GVSROuium bigis, quod tum, contagio pestis,
Vsserat effracto Libitinæ insania rhombo.
Hinc aliis missis; CONradi nomen habente
BRANdano socio, qui mecum semper Achates
Ambulat, ac paribus figit vestigia curis:
Prisualcū. PRisualcum primò, mox paruam conspicor vrbem,
Hauelberga. Cui mons vicinus, coniunctum præbuit olim
Hauelus fl. Nomen, & irriguæ, sulcator Hauelus, arenæ:
Hîc simulac ventum est, en Albis limite rupto
Turgidus, obducto latè replet omnia ponto;
Dissoluitq; lares plures, & compita vastat:
Inuia fit via, cum fundis prata obuia tranant,
Cum sulcisq; pecus; tres quare ex ordine noctes,
Tresq; dies, patrui dum saluas visimus ædes,
Fallimus, & longis curtas sermonibus horas.
Tandem fluctifragū, cum sese mergeret vmbris
Heliadum genitor, sero lembo, æquor aramus,
Et mox per piceæ, ducti errore, auia syluæ,
Sollicitis stultè dubiam rimamur ocellis
Multa nocte viā; quam, dum prius incido in vndas,
Repperimus rursum, fausto monstrante camino.
" Quisquis es, ignotæ quem torret spiritus auræ,
" Arripe mane viam, & maturo vespere somnum,
" Lucis opus labor est, nox sacræ commoda fraudi.
Egressi nassa, syluæq; huius Labyrintho,
Quam duce fundatam Brenno, incoluisse feruntur
Teutones, ac primi Sueuorum Semnones, vrbem
Brandenburgum. Adspicimus BRANdenburgum; nunc incluta cu-
Facta Sabineis, totiusq; vnica terræ est (nis
Curia Marchiacæ, & sedes augusta Scabinûm.
Deîn agreste iterū, sub prona crepuscula noctis,
Intramus gurgustiolum, fœdamq; suburram;

Cau-

Caupo vbi, dans vilem, sine sanguine, lucrio, cœnã,
Post minimè ingratus, defessis grandia promtat
Munera, (DI tales iuuenum collidite pestes)
Vi Bacchi grauidam, mœcha cum coniuge, natam.
O scelus, ô nequam, ô magnũ, et memorabile donũ,
Quo, veluti lauto irretiti prandio, & hamo,
Oblimando patrũ insomnes, sine cardine, somnos,
Sudoresq; graues, crebri perière iuuenci,
Qui demum, fatuo, flerunt sua damna, pudore.
Disce iuuenta, ferum vitare Cupidinis ignem, «
Ignis, dulce malum, malus est, blandumq; venenũ, «
Ipse Cupido cibus mortis, scelerumq; Charybdis «
Et dolor, & pudor, & certi res plena periclí. «
Mane nouo, Europæ totius nobile lumen,
VVIttenberga procul, cultissima mœnia, mõstrat: VVitten-
Alter vbi Helias primò, comitatus Elissa, pum, berga.
Inuictum puto LVTTHerum, insignemq; PHIlip-
Harpyiæ stabulum Latiæ, vt Tirynthius heros
Augiæ, cœpit purgare à sordibus atris,
Et rabidi rabidos agitare Bààlis alumnos.
Iamq; viri viuunt docti, quos cernere coràm,
Ac gratum affari est, MAIorq; vir inclutus arte,
Et, linguæ superat liquida VVEsebecius, hybla.
Prætereo reliquos, gyratasq; Albidos vnda Albis fl.
Præcipites fossas, arces, collegia, & ipsa
Diuûm habitãclâ duûm, diuûmq; sepulcra duorum,
Quos nec tempus edax rerum, cariesq; senilis,
Nec liuor poterit, nec tollere tarda vetustas.
Leucoream emensi, Phlyræ nos terra receptat,
Heic vbi se pandit sublimibus aurea templis
LIPsia diues opum, & veteri vetus orbis in orbe, Lipsia.
Et nouus orbis in orbe nouo, Pandoraq; sacra,

Cui

Cui Ioue nata dedit Cyrrhæum Helicona, venustas
Alma Venus nymphas, Mars bellica bellifer arma,
Elister fl. Diuitias Iuno, arua Ceres, Neptunus Elistrum,
Rex cœli placidos populos, linguæq́ nitorem,
Orbis & omnimodas, proles Cyllenia, merces. (bis,
Quod cupis inuenies heic, heic quod quæris, habe-
Seu matis cathedras, adductosue vndiq́ libros,
Aut myrrhæ lacrymas, vel prisci sylphia Batti,
Aut quod habet Ganges, vel diues Iberia mittit,
Seu fora, seu celso subducta palatia cœlo,
Nil huic DI superi, nil diua Rotunda negauit.
Hac bene perspecta, (cum contemplarier vrbes,
Dissparilesq́ hominũ mores perpendere melli est)
Arreptamus iter, Moldaq́, Salaq́, relicto,
Molda fl. Sala fl. Delicias Musarum, Musarumq́ theatrum,
Iena. Vitiferam quarto IENAM nanciscimur ortu.
Oppletosq́ libris pluteos, queis lauta redundans
Bibliotheca cluet, sacrataq́ pulpita Phœbo,
Et vini inspicimus, qua maior nulla, tabernam.
Tum celeri cursu, Cereris granarium opimæ
Pinguem Turingæ glebam, quasq́ ambit Hiera
Hiera fl. Ingredimur spacioſa, tuas, ERPHORdia, portas.
Erphordia Scrutamurq́ alti fundamina ferrea muri,
Et cinctas vallo fossas, populosaq́ tecta,
Vno, cum Venetis, quæ tempore condita, vicis:
Tuta satis, neue vrbs sola, at prouincia tota,
Si non indomiti torreret sordida Martis
Assecla, discordes, grauiter Discordia, ciues,
Et demum eriperes Musæos, puluere, fontes.
„ Nosce cauere malo, rerumq́ expendere finem,
„ Sæpius ex minimo Volcanus maximus igni
„ Pullulat, & vulnus nunq́ medicabile, gliscit:

Arma

Arma amens amat, & gaudet fera bellua bello,
Bellum mors vitæ est, Bellum pincerna malorum,
Pernicies hominum, vitij fons, hydra quietis,
Et scelerum torrens, & viua puerpera mortis.
Et iam Tyrigetis retrò, serotina inire
Mœnia, ARENstadij, pepulêre crepuscla diei.
ILMena præterita est porrò, deîn sylua SEMana
Fœta latrocinijs multo peragrata periclo:
Angustant etenim scenas, caua lustra ferarum,
Gorgoneiq; angues passim, tacitiq; latrones
Auia Cimmerij incestant dispendia luci;
Sæpe sub arborea reperitur fronde cadauer,
Vermeq; mactati plenum, sine sanguine, corpus,
Sæpe viatores, viduatis ære crumenis
Per loca senta situ, spinosisq; obsita dumis
Consuluêre fugam; supero nos flamine tuti
Labimur immunes, quà sese *FRANcia* bellax,
Troiugena referens abauos, ex Hectore, natos,
COBVrgumq; ferax, binas longè explicat arces,
Et leni grauitate senex; annisq; verendus
Emeritis; MORLinus habet, qui vespere primo,
Nos vocat ad dubiæ, ignotos, conuiuia mensæ.
Post, vbi vitalem, Latiæ noua gloria linguæ,
Prodijt in lucem *CAMer*arius, & data terræ
HENrici coniux CLaudi, Regnessus & errat,
Turrigera intratur rectà *PABE*perga, deinde
HEltus vbi magno, nouus est datus incola, mundo,
VORchemum clarum, & Nortgois Pinifer oris.
His ita lustratis, Virtutum sedula custos;
TEVtoniæ centrum; sancti tutela pudoris;
Materq; artificum; verè Roma altera visa
NORIMBERga fuit; quâ non præstantior vlla,

Arenstadium.
Ilmena.
Semana syl.
Coburgũ.
Regnes. fl.
Bamberga
Vorchemũ
Pinifer.
Noriberga

Pace fouere viros, & iuncto cernere Marti,
Hostesq; intrepido potuit propellere ferro:
Obstupui tremulo obtutu; ceu rusticus agrum
Qui fodiens reperit monstrosi ponderis aurum,
Vt trepidus congesta armamentaria vidi,
Innatamq; fidem, notæ pietatis amorem,
Indomitos muros, instarq; palatia regum,
Ædes ablectas, & parti appensa tropæi,
Augustis monumenta tholis, infixaq; cedro:
Vt claros virtute viros; virtute Senatum;
Pubentesq; senum; canos iuuenumq; labores,
Et quas longinquas hæc continet vnica merces.
Heic viget integritas, heic sedem Astræa locauit,
Mussat Eris, Bellona latet, Mars exsulat omnis,
Pax calet, ac vitium strictis inhibetur habenis.
Tum ciuis summam, Ars vires, Prudentia metam
Exsuperat, subitoq; heic vincere vota facultas.
Post, quùm ter sudũ Phœbus produxerat orbẽ,
SVabacchum emanat, flumenq; Alemanus, & arcis
Vrbs niueæ retinens nomen, DONuerdaq; firma,
Quam rapidus rapido circumdat Bernicus Istro.
Hinc ditẽ AVgustam itamus, quo Cæsare diuo
Præsente, innumeri, terrarum lumina, reges,
De summis, habuêre recens comitia, rebus.
Heic, vt peruentum est, placidè nos excipit ambos,
Hæresium terror, fidei lux, enthea Christi
Buccina, vir longo MYLIVS dignissimus æuo:
Ostenditq; domos, minitantes vertice cœlo,
Et latè depicta nouis asarota figuris,
Multiplicesq; Midas, patresq; ætate verendos,
Et murũm gyros, &, qui Siphonibus altis,
Turris ad excelsæ, ducti, fastigia, fontes.

Suabacchum. Alemanus fl. VVeissenburgum. Donauerda. Bernicus fl Ister fl. Augusta Vindelicorum.

Quis

Quis memoret Croesi, quis diuitijs Narcissi
Pollentes ciues? domuum luxum? ænea tecta?
Ridentesq; auro, quas struxit Fuggarus ædes?
Et, quæ nec stibium, nec consuluêre cerussam,
Effigias Veneris, concinno lumine pupas?
Salua satis, si non temeraret perfida ciues "
Factio, & abductam pedor Papisticus, vrbem: "
At tu disce timere Deum, & non lædere sanctos, "
(Impia bella pijs non est indicere tutum) "
Quoq; potes, conare, modo, requiescere pace, "
PAX mortis vita est, Pax est cynosura salutis, "
Torrens lætitiæ, flos rerum, cura quietis, "
Et fons virtutum, & dulcis nutricula vitæ. "
Vindelico rursum Vindaq;, Lycoq;, remotis, Vinda seu Vindo fl.
SVEuica BOIorum qui campis separat arua, Lycus fl.
Isara, LANdsbergi murorum culmina profert, Lansbergum opp.
Rhætiaq; aërias, æterna ningue perustas, Isara fl.
Et niue cycnæas, paullatim porrigit ALPES, Alpes Rhet.
Quas ego, longinquo dubius dum lumine, cerno,
Exsilium indicens pedibus, pauor occupat artus:
Vicinã ergò intrare casam, prope florida SCHongæ Schonga opp.
Irriguæq; Ambræ tempe, & defessa sopore Ambra fl.
Membra leuare paro; en tua, Papa, catharmata, rasi
Certatim repetunt Abbate abeunte tabernam
Hanc nostram fratres, vinoq; abdomina complent,
Millia siccantes inuerso pocula fundo,
Nec sat stercoribus satanæ hæc: dum nostra ne-
Amentata vomunt rauca conuicia voce (gamus,
Vnanimes, lotisq; mouent noua prælia linguis,
Quicunq; externas gliscis peruoluere terras, "
Nosce teipsum, despice nullum, vince ferendo, "
Et patiare animo contraria fata sereno: "

„ Vera etenim, vera est hominum, Patientia, praxis,
„ Assecla virtutum, spes vitæ, pacis alumna,
„ Et comes Astrææ, & Fortunæ sedula victrix.
„ Felix qui didicit bilem frenare lupatis,
„ Cordisq; ad tempus pressum celare dolorem.

Parthanũ. Hala. Oenipons vrbs. Oenus fl.

Suffarti vitijs PARthanum currimus, & quà
Adiacet Alpino, salis *HALA* puerpera, monti,
Iulæusq;, lacu tenui satus, æstuat Oenus,
Demulcens gelida fortes sub valle Tirollos.
Suntq; ducum Austriadũ, et Fernandi principis, ar-
Impluuijsq; domus factæ, exornataq; latis (ces,
Atria porticibus, grandesq; ex ære colossi,
Rupicaprasq; olim, ter maximus Æmilianus
Sectatus temere, quum non reuocare liceret
Colle gradum, penitus finisset viuere vitam.

Pyrenæus mons. Brixina. Bozenia.

Tum perreptando latera ardua PYRenæi
BRIXIna prælegitur, grauis & BOZEnia vino,
Ruricolæq; homines, qui perquàm, tubere pleno,
Potu turpis aquæ, quod in his deterrima terris,
Sub tumido tumidas sustentant gutture strumas.
Has vt contuitus, ranarum balnea linquens (lis
Laudo merũ, adq; Athesin miscent vbi verba loque-
Itala Teutonicis, magnâ patrumq; coronâ.

Athesis fl.

Concilium est actum, se primaq; ianua terræ
Iactitat Oenotriæ, lentè festino TRIDENtum.
FELtria post petitur, niuium damnata rigore
Cæsareo versu, paruiq; ad flumina Sili
TAruisium, et populis haud olim ignobile MEstrũ.
Hinc longis ducti per proxima cærula cymbis,
Adnamus VENEtæ, medijs in fluctibus, vrbi,
Quam cum suspexi, non vrbem hanc esse, sed orbẽ,
Non terram, dixi, sed cœli, stemmate, prolem.

Tridentũ. Feltria. Silus fl. Taruisiũ. Mestrum. Venetiæ.

O, quam

O, quam te referam, Latij florentis ocellum,
Vrbs regina sali, quæ fortunantibus astris
Mundi vincis opes, famamq; adiungis Olympo,
Famamq; Oceano, connatis omnia scutis
Compescens, splendesq; operosis vndiq; tectis,
Tot spolijs grauida, ac propria virtute superba,
Tot tantisq; viris, qui post patriæq;, sibiq;
Consulere, & dubijs norunt succurrere rebus.
Quis laudes Musure tuas, famamq; Erithræi?
Cumq; tuis Aldi prælis, cunabula Bembi,
De Pontoq; Ducem, Hermoleiq; encomia nescit?
Nescit & Egnatium, longæuaq; nomina Gritti,
Et reliquûm cultis pascentûm sydera libris?
Lux aderat, quum speratis aduertimus oris,
Qua gentilitio latè comitante Senatu
Aurata Bucentauro, dux, Nerea sulcat,
Neptunumq; maris patrem, Nymphasq; salutans,
Adloquitur missо, sibi subdita marmora, dono:
Quis pompã, et populi strepitũ? quis classiũ aceruũ,
Excoctumue aurum? precioſaq; pondera gazæ,
Quam retinet diui templum venerabile Marci,
Commemorare queat? quis toto ex orbe profectos,
Hoc sub sole, homines? Indos, Sclauosq;, Cyprosq;,
Bruchiphagos Verpos, Turcas, Cretasue, Syrosue,
Teutones, Hispanos, Arabes, flauosue Britannos,
Et crebra omnigenæ, crebra ô commercia terræ?
Quis vel MVRanum? quò, conflagrante camino, Muranũ.
Nudi de cinerum, conflant vitreamina, massis,
Ac Geticis congesta referre palatia scutis?
Et numerum armorũ innumerũ, æternosq; labores,
Quos stola, missa facit iuuenum, sine fine, coronæ,
Vel quæcunq; ibi, Sultmanno ductore, notaui.

Sed domitrix salue pelagi, salue aurea clauis
Oenotriæ, longumq; vale, lux aurea, mundi.
Nunc iteranda via est, campos salis ære ruendo,
Adriaco quà se ponto Phaëthontius infert
Medoacus fl. Patauiū. MEdoacus, rorans PATAuini Antenoris vrbem.
Magnus & Vrbinas quondam Zabarellaq; diuus,
Et pater historiæ vitales Liuius auras,
Stellaq; cum Flacco cantanti Iasona, cœpit.
Volusiusq; ipsus vates; & præcoqua mœstum
Longolio tribuit properanter, Morta feretrum,
Cum multis, quorum celebratur adorea scriptis,
Heic vbi remigio, à nautis, peruenimus acti,
Hippocrates varios, celebresq; audire Magistros,
Mens cupit, at sessæ peragebant otia Musæ.
Interea tamen antiquis reuerenter amicis
Susceptí, omnimodis medicorum floribus hortum,
Hollando duce, qui nobis rectè obuiat illic,
Visimus, & multo pomaria florida fructu,
Aponus. Inprimis fontes APONI, qui gignere matres
Efficit actutùm, steriles, redditq; vigorem
Exanimi cerebro, & sumptas male, digerit, escas.
Inde, tuam Cœli patriam, burdone subimus
Rhodigiū Eridanus fl. RHODIGIum, Eridani tangentes rauca fluenta,
Pronus vbi Phaëthon, tentans cœlestia frena
Mortali tractare manu, deiectus ab axe
Astrorum est, pulcriq; iacent Callopsidos horti,
Ferraria. Et quæ diffuso fruitur FERRaria cœlo;
Suntq; ducū Estensûm, genus alto sanguine Diuûm
Atria, terq; trium sacro ex Helicone Sororum,
Et doctorum hominum, quos viuida gloria Phœbi
Alphonsus sine fine fouet, sine molecq; nutrit.
Ac consors patriæ Ianus Prengerus, amore

Aoni-

Aônidum motus, peregrinas cernere terras,
Præpropere nimiùm, vitäi clauſtra, reſoluit.
Cuius vt innocuam, non ſicco lumine, tumbam,
Nummiuorosq; orta caupones luce retruſi,
Æmiliæ princeps terræ, legumq; patrona,
Inſano elicitur, generoſa BONONIA, muro. Bologna.
Vrbs crebris pollens Baldis, ac dedita Muſis,
Clara viris, quorum numero SIGOnius vnus,
Vnus præ reliquis, fulgebat Apollinis inſtar,
Ille decus Latij, dum ſublimem æthera cultis,
Et mundi implebat patuli confinia, ſcriptis.
Grande viæ precium eſt, dextram ſociaſſe Sigoni
Docte tua, vultumq; tuum ſpectaſſe ſeuerum,
Qui nunc, ante diem, fato præreptus acerbo es.
Atria ſunt alijs, & Felſina quas tenet ædes,
Gentilicq; ſatos gentiles, ſemine curæ:
Me claros magnosq; viros verſarier ante,
Ipſumq; Azonis tumulum, Oſtfrediq; ſepulcrum,
Non vidiſſe ſemel iuuat, at iuuat vſq; tueri.
Deinde Blanoreo retinens cognomen ab Ocno, Pinora.
Æneæ comitis caſtellum fulget, & ardens
Mons, fumum luce emittens, incendia nocte, Mont. ardent.
Ac iuga ſumma APENnini, quæ perpete amicta Apēninus mons.
Grandine caneſcunt, feriuntq; cacumine nubes:
His demum aſcenſis, vigili, duroq; labore,
Aufugiunt noctu cucumæ, fugiuntq; tabernæ,
Et nos, quos ſiccos nimiùm ſitis arida torret,
Sub Ioue, montana requiem metamur arena,
Mane nouo, plũbi quæ venis ſtrenuè abundant,
Effoſſamq; breui reddunt maſſam interuallo,
FESVleas dictas ſpeculamur Atlantide rupes, Feſulæ.
Et mundi gaudentis opus, quod bella, ſupremum
Etru-

Florentia. Etruscis caput in terris, FLORentia bella est,
Arnus fl. Saxosusq; suis Arnus complectitur vlnis.
Illic Thespiadum genitor, Phœbiq; corona,
Et iubar Hesperiæ, ac doctos doctissimus inter,
Caselium persæpe exoptans cernere Natum,
Nos blandè excepit PEtrus VICTOrius, & mox
Mox mittens vinum, ad conuiuia lauta vocauit.
Monstrariq; iubet, lectis comta atria crustis
Francisci ducis, & cælata toreumata templi
Christi paræ nitidi, mirandaq; arte politi.
Post ea, diuersis ignota animalia formis,
Alipedes tigres, iracundosq; leones,
Pantheras, aquilas, damas, struthioq; camelos,
Neptuni varias pecudes, variasq; volucres,
Antiquosq; libros MEDicum, quos larga recondit
Bibliotheca ducum, Strozarumq; aurea tecta,
Et clarûm monumenta virûm, Iouijq; sepulcrum,
Factaq; disparibus quondam simulacra figuris.
Hinc lictis Arni populis, rapiente veredo
Blandus fl Venimus, vndosas glomerat quà Blandus arenas,
SENÆ SEnæq; excelsæ, Sophiæ domus optima, surgit.
Vrbs nulli inferior, templi seu marmora spectes,
Ducta pauimento, ac emblemate vermiculato,
Seu magnos virtute viros, linguæue nitorem,
Et calidos fontes, queis solers Tuscia thermis
Certat Baianis, Ascrææ aut sacra Palæstræ
Pulpita, cum placitis, blandito lumine, nymphis,
Quas vel semineces, vel scita Gnoside Bacchus
Posthabita, nolens vel Iuppiter ipsus amaret.
Ofenna mons. Vlterius pergens, in dorso montis Osennæ,
Dum paullum famula, defessus sterno, sub vmbra,
Amitto socium, solusq; expergitus ito

Per

Per densas latebras, exspes queîs sæpe viator
Occidi solet, & sonti viduarier auro:
Quin etiam mihi, vix ducens vitalia vitæ,
Plenus vulneribus calidis, quidam obuiat istic,
Obstupui vt vidi, sed sacro numine tutum
Oppidulo *PEN*dentis *AQVÆ* nanciscor Achatem, Aqua pendens.
*VOLSI*niumq́ ambo petimus, quod gloria Tuscæ Volsiniũ.
Deliciumq́ fuit terræ, cum pristina quondam
Arridebat adhuc, stabili Fortuna tenore,
Et nunc, diluuijs belli, vix vmbra remansit.
Mortales sperate vices, & cedite fatis, "
Fortuna ambigua est, spes fallax, fumus inanis, "
Vexatrix hominum, ignis edax, modiciq́ cerebri, "
Ac rerum domina, ac vindex certissima luxus. "
Vt, Lydis habitata viris, habitata colonis,
Non longè hinc simili VETulonia rudere monstrat. Vetulonia.
Repsimus ad Iunonicolas exinde *FALISCOS*, Faliscũ op.
Et mare Tyrrhenũ, ob quod crebra fraude propin-
Nati carnifices, ad nostra piacula, Turcæ, (quos,
Abripiunt homines, secumq́ per æquora, ducunt.
Illinc præcipiti structum sub valle *VITER*bum, Viterbum.
Et Cimini, cum monte, lacum, quem robore clauæ Cimius la.
Alcides, tacito, generosus, protulit antro,
*RONCI*liumq́ citi legimus, *SVT*rijq́ ruinas Ronciliũ.
Non sine tristifico, reliquas, mœrore videmus. Sutrium.
Tandẽ *MONT'R*osso paruo, Cremeraq́ fugatis Monterossum.
(Quẽ prope, dum patrias defendunt fortiter oras, Cremera fl.
Olim de Fabia periêrunt stirpe trecenti)
Cernimus Ausoniam paullatim surgere ROMam, Roma.
Totius terræ dominam, mundiq́ stuporem,
Et septemgeminos, cœlestia pignora, colles,
Quos Capitolinus, magni solium Iouis, inter,

Ante quidem nitidus gemmis, & fulgidus auro,
Nunc sine honore iacet, contentus cortice solo,
Atq; vmbris rerum, prisci vix parua cicatrix.
At quis commemorare potis, monumenta vetustæ
Vrbis? & aërio pendentes fornice riuos?
Totue triumphales arcus, mancosue colossos,
Doctorûmq; virûm vestigia certa domorum,
Tot thermas fractas, templorum fragmina cæsa,
Euersos circos, rediuiua cadauera murûm,
Dilapsasq; ducum statuas, cumq; amphitheatris,
Tot fora, tot vatum tumulos, delubra, saburras.
Quis memorare nouæ, summas Antistitis arces,
Cardineumq; domos patrum, ac ingentibus hortos,
Sumptibus exstructos? queîs cedunt Thessala tẽpe,
Et syluæ Alcinoi, biferiq; rosaria Pæsti.
Horresco vt vidi, Laterana palatia templi,
Auratumq; Petri fanum, molemq; rotundi,
Vt populi strepitum, vt solio splendente locatum
Clauigerum patrem, comitanti nube clientum,
(Infula quos cingit, vel sacra tiara) per vrbem
Ducere spectatos, solito de more, triumphos.
Summatumq; aciem flexo ter poplite, Papæ
Æmula Gregorij (cui quinctus in ordine nuper
Successit SIXTVS) spurcis dare basia plantis.
Eloquar an fileam bipedes, Stygis oscula, porcos?
Qui capite obstipo, corde atro, alboq; cucullo,
Spernendo mundũ mundũ, immundũq; sequendo,
Fœdant horrisono cultissima templa boatu,
Mugituq; suo lapides, & sydera terrent.
Eloquar an fileam Missas, quas mussat ad aram
Sacrificus stultas? quibus & sine pectore lectis,
Vndâ frustrali, de purgatrice faullâ,

Si mo-

(Si modò quos inhiat, quis det cum fœnore nũmos,
Promittatq́ operum modios ac plaustra bonorum)
Expurgat dites animas, cœlumq́ recludit.
Egregium: Iam sunt mundo cœlestia venum,
Relligio aucupiũ, et, Superûm domus ipsa, lupanar.
Et Dea terrarum vetus, & vetus æmula cœlo.
Roma antiqua, nouo, meretrix iam, perdita luxu est,
Factaq́ virtutum exsilium, scelerumq́ Charybdis,
Ex domina serua, ex regina subdita, & omnis
Fons vitij, & solum Romani nominis index.
Disce hoc exemplo, Fortunæ signa nouercæ, "
Quisquis es: ac monitus cœlestes temnere nullos, "
Peccatum pœna, & sequitur vindicta reatum, "
Nec stabilem semel est sortita superbia sedem. "
Sed taceo, cum non camarinam tangere præstet,
Pondera nec possint, vrbis tantæ, omnia dici.
Prætereo Heroas quoq́ natos stemmate prisco,
Eximiosq́ viros, quos facundissimus omnes,
Puro vincebat MVREtus flumine linguæ:
Prætereo, qui nos patrio complexus amore,
Nericium, Latijs monstrabat singula terris;
Et reliquos, belli quibus est vel mascula virtus,
Aut toga, vel multis, curæ, pallescere libris.
Tu modò, quæ vatum, satis es famosa, Thalia,
ROMA vale, Tibrisq́ vale, æternumq́ valete. Tibris fl.

ITER HELVETICVM ET RHENANVM.

Nos iam Pegaseo volucri remeamus ad altæ
Euganeæ rursum colles, notosq́ penates:
Vnde ad Cæsaream, conducta puppe VIENnam
Expetimus primâ cum luce appellere, & istinc

CONSTANtinopolim, adq; Euxini littora ponti.
Ast hoc dum molimur iter, casu obuiat vnus,
Qui cum muneribus regni, iussisq; tributis,
Legatos abijsse refert, plenumq; periclí
His sine, Turcorum campos, ait, esse tuerí;
Iccirco illud iter, tempus seruamus in aptum,
Gressusq; actutùm mutata mente mouemus.
Bacchilio fl. Hinc, quà Bacchilio saltus VICENtiæ inundat,
Vicentia. Et iacet arguti genitrix, VERONA, Catulli.
Verona. Vrbs præclara situ, ingenijs generosa, frequentí
Merce potens, fœcunda Atheſi, firmissima muro,
Magnificisq; opulenta viris, atq; amphitheatro:
Et tamen humana, & doctrinis dedita, cuí nil
Posteriusue priusue fuit, quàm præmia sacris,
Quo se cunq; ferat ratio, decernere Musis.
Cremona. Nec procul hùc, lautæ sunt florida rura CREmonæ,
Mantua. Gensq; Bianorea, & diuini, MANTVA, vatis
Andis ricus. Virgilij, natale solum, quod Mincius Andis
Mincius fl. Fœcundat líquido, princeps Gonzaga gubernat.
Mantua dives auis, felix armisq;, togaq;,
Benacus fl. Delicioſa loco, Benaco iuncta tumentí,
Squamigerisq; scatēs populis, domibusq; superbis,
Vix totí mundo, vix totí cedet Olympo.
Pischera. Tunc pedites lentè PISCHeram tendimus, illinc
Brixia. Quo flauum rapido torrenti BRIXIA Melam
Ciconia speculà, & Calepini patria tellus,
Bergomū. Strenua, Lombardos prospectat BERgoma cœlos.
Lecha. Post LEcha cōspicua est, Hispano subdita sceptro,
Mediolanum. Cum MEDIolano omnigeno, quod nobile tumba
Ambrosij est, Decijq;, & Maini Iasonis ortu,
Lambrus fl. Clarumq; Astrææ summis, Phœbiq; patronis,
Et forti Insubrum populo, Lambriq; fluentis.

Insa-

Insanasq; domos retinet, fora, templa, plateas,
Excultas arces, generosa palatia, merces
Innumeras, sculptis ornata peristyla signis,
Et circumcirca ductos ad sydera muros.
Nil huic deliquij est, nil huic Fortuna negauit,
Arma viris connata, animus conterminus astris,
Ac Iouis, ac reliquûm, heic sunt incunabila, Diuũ.
Hanc Iouij sequeris clarissima patria COmum, Comum.
Antiquis fulgens statuis, PLINIq; colossis,
Tuq; ô, scabrosis, Lari, circumdate passim Larius lac.
Rupibus, illæso quem perfluit Addua riuo, Addua fl.
Et BELInzonæ, Ticini ad marmora, turres. Ticinus fl. Belinzona.
Hùc vbi, per tumidas, rate panda, equitauimus vn-
Vespere sublustri, confestim nautica plebes (das
Ebrietate madens, quæ radix summa malorum, «
Prædo animæ, arcani indicium, dissuasor honesti, «
Dulceq; peccatum est, absentem Phyllida cantat. «
Mox cancros crepitat, verbis & verbera acerbans,
Ordítur pugnis pugnam, socijsq; propinans,
Traducit totam, sacra inter prælia, noctem:
Nos primo, exsomnes, feriente cacumina sole,
Fessis lassamus pedibus, discrimine magno
Magni ADVlæ scopulos, vallataq; culmina sũmis Adula mons.
Cœli conuexis, canisq; perusta pruinis,
Et contecta gelu, quæ, nec calidi orbita CynthI,
Nec sitiens æstas tetigit, nec Sirius ardens,
Sed frigus, Boreasq;, & nigri fulmina Cauri.
Vlteriùs læti, Heluetica tellure potimur,
Quà Rhenus duplici primùm pronascitur aluẽo, Rhenus fl.
Rhæticaq; insignes, extollit CVRia, campos Curia.
Lautitiemq; vrbis lepidæ, quam flumine puro,
Lympidus humectat Plessura, arcisq; venustas Plessuræ fl.

Cum templo commendat, ineſt cui plurima pulcri,
Cernendíq; operis forma, & díducíio, vbi vel
Inclinata baſi teſtudo, vel obuia pílis
Congeries, prono capitella in ſaxea límbo
Sídit, & infractís epiſtylía molibus vrget.
Poſt id *FAV*arias, proſperrima balnea, thermas,
Pictaq; *VVALſtadij* ſpeculamur frugibus arua,
Riuanumq; lacũ, et *TIGV*rum præluſtre Límago,
Mauortis ſobolem, quod nec longíſsima belli
Tædia, Siſyphiusq; labor, nec ſedula caſtra,
Æternûmq; ducum, potuit ſubmergere vírtus.
» Campus vt hiſtoriæ: quam teſtem temporis eſſe,
» Veri oculum, thecam rerum, vitæq; magiſtram
» Doctores referunt, ſcríptís demonſtrat opimis.
Quid Phœbi memorẽ Athletas? quos Zuuínglíus
Geſnerusq; fuit præſtãs, haud vltímus olim: (inter
Aut recitem artífices varios, commercía, mores,
Mundícíemq; loci, ſtructoſue ad ſydera muros?
Et, domína quæcunq; hac vrbe, vídenda fuêre,
Cum Tigurũ, et Berna, Heluéticæ duo lumína terræ,
Sat mundo toti, toti notíſsima olympo.
Tranſmiſſa cum nocte mora, rellícta BAdena eſt
IVræ finítima, & fractæ, mox, fundítus vrbis
Rudera RAVracûm, (quæ iam modo vomeris ictu
Sulcantur ſolído, præbentq; herboſa capellis
Pabula dumíuagís) greſſu ſunt miſſa citato.
» Adſpice qui tranſis, fluxæ monumenta Rotundæ,
» Et ſimílem ſimíli caſu, tibí finge ruínam.
» Sic variant ſortes, ſic verſat Iuppiter vrnam,
» Vt quæ ſumma prius, de ſummís, ínfima fiant.
» Quid Roma vberius? quid Troía maius? Athenis
» Clarius? & clara Carthagine celſius? omnes,
Inſe-

Infestos nouêre Deos, nouêre ruinam, "
Et sibi multiplici fabricârunt funera luctu. (uo "
Sed quid ago? hinc populosa tuas, quæ gurgite ví-
Rorantur Rheni, portas *BASILEA* subimus, Basilea.
Discentûmq; statim cœtu, cœtuq; docentûm,
Vinetis, domibus, templis, bustoq; Grynæi,
Laxè emissitios nostros saturamus ocellos:
At prius inuisam, licuit contingere, terram,
Ecce equitum cuneus, dispostis ritè manipliś,
Et peditum cinctuta occurrit turma, viarum
Obsessas multo perrumpens sanguine fauces,
Et quoscunq; metens gladio: nos attamen inde
FRIBVRGI tutas, sacraria sacra Mineruæ, Friburgũ.
Musarumq; fauos, Brisgoiæ prendimus oras.
Longiùs euecti Trebocum accedimus Ellum, Ellus fl.
Fortiaq; aërij, *ARGENTINÆ* mœnia, muri, Argentina
Mœnia: tota licet producat Thracia vires,
Non capienda manu, non si diuellere ferro
Bellipotens tentet Mauors, vel Turcicus hostis.
Sublicium sileo pontem, tormentaq; crebra,
Vrbis & anfractus, atq; in latus omne patentem
Turrim, Castalidumq; gregẽ, qua Sturmius, ipsum
Primatum, senio iam tunc confectus, habebat.
Proporrò, doctis *MENCIN*gia clara, patescit, Mencingia.
In quibus Aônij decus insuperabile fontis,
Congeriesq; omnis Sophiæ, culmenq;, parensq;,
Et mundi, & Rhodij, sydus prælustre, Lycæi,
Nutritus *DA*uid, cum fratre *NA*thane, *CH*ytræus,
Insignes ambo scriptis, virtutibus ambo,
Ambo postremi, clarissima lumina, secli,
Et præceptores, bina dieteride, nostri.
Porrò, quæ magnis bis ter commune sepulcrum
Cæsa-

Cæsaribus tribuit, litesq; secare forenses,
Et varias, solita est paedris absoluere, causſas,
Astrææ sedem, NEMetum perrexímus vrbem,
Spira. Iusticiæue domum, SPIram, fermè ímbre sepulti,
Quem tota luce Hippotades condensat, & vdo
Grandíne commísta Thaumantías excutit, ore.
Deínde Palatínas, Musis decima addita díuís,
Heidelberga. HEIdelberga tuas, quas Neccarus alluit, arces,
Necárus fl. Adiuncto externis lustramus foetibus horto;
Spectatosq; docere viros, quibus ipsa perennas,
Et vígiles díscentûm animos, morcsq; notamus.
Quis non, quæso, Xilandrũ? quis non nouit Erastũ?
Magnanímumq; Casimírum? quos ardua vírtus,
Per totum latè fecit clarescere mundum,
Aut reliquos Themidís mystas? qui plurima sæpè
Ingeníj magno producunt pignora fructu.
Mœnus fl. Post hæc assequímur spumantía marmora Mœ-
Lumẽ vbí ímperíj, non bellís splendída tectis, (ní,
Sed prestantûm hominum genio, cultuq;, penuq;,
Franco-fordia. Martía, coctílibus radíat, FRANCfordía, muris:
Vrbs opíbus præstans, ceu cornucopía opímis,
Fília Mercurij, Phœbí germana, superbo
Nobilís emporio, ac rerum penuaría cella.
Non tíbí commemoro merces? quas congerít íllic
Adría, Tíbris, Arar, Nílus, Tamesis, Padus, Ister,
Sequana, Scaldís, Anas, &, quẽ bíbit India, Ganges,
Ac totum hùc vectum, peregrínis flatíbus, orbem.
Quídquíd auẽt oculí, quídquíd mẽs fingere tentat,
Artificumue parare manus, hoc prouehit vna.
Non claros vírtute víros? nec mœnia circum
Insanis cataphracta mínis? líbrosue frequentes.
Quod recítare alias, breuitas me temporis vrget.

Tu

Tu quæcunq; optas, alibi non quære, nec extra,
Heic orbis speciem, sapiens natura, locauit.
HASSIA proporrò, saxosis obsita syluis,
Obsitaq; omnimodè nemorosis collibus; amplum
Præbuit hospitium, ac primò *GIZ*ena, deinceps Gizena.
Quarta soror Charitum, cuius riualis Apollo,
*MAR*purgum excepit fessos, messemq; Mineruæ, Marpurgū
Monstrat cum Sophiæ assecłis, iuuenumq; cateruâ,
Largo siccanti, *CATTVM* Permessida, potu.
Denuò *FVR*slebiū visum est, vbi araneus hospes, Furslebiū.
Vix murem quo pascat habens, nos perpete luce
Impransos, solisq;, viæq; ardore perustos,
Compellit tristes inuitò carpere somnos.
Nec mirum hoc, cum sæpe fames, tortura viarum, "
Fanda infanda, sitis vesana, pericula vitæ, "
Vilis mensa, torus durus, responsio cruda, "
Et peregrinanti exantlandum frigus, & æstus: "
Præsertim veteri, si quis dissutus aluta est, "
Nec plus in fundi, suspirat nummulus, imò: "
Hæc quicunq; nequit, vel talia ferre recusat, "
Mollis inersq; domi patria subsistat in vmbra: "
Ardua enim segnes detrectat gloria plumas, "
Talpaq; nec solem, nec curat noctua lucem. "
Exin *CASSI*lium Hassiacæ mera gloria terræ, Cassilium.
Et superata fuit contermina *MVNDA* Visurgo, Munda.
Cum vicina tuis Lani *GOTTINGIA* riuis. Visurgis fl.
Qua patria natus, Latio haud incognitus orbi, Lanus fl.
Luminibusq; viris terræ, Musa Attica Varnæ, Gottingia.
Dilectumq; caput superis, syduscq; Roseti,
Ingenio, lingua, calamo, virtutibus, vsu,
Ille mihi meritis meritò, & bonitate patronus,
CASELIVS, longo vitæ dignissimus æuo,

Cuius, præ reliquis, fidei, me debeo totum,
Et, dum fata sinunt non aspera, dedico totum.
Luce sequente, frequens grassanti sylua latrone
Hercinia, isto intrata loco est, quo quæritur auri
Lamina, venæq; argenti, semenq; metalli,
Et prona, aurifluo, GOSLARIA, colle superbit.
Post vrbs HELMstadiũ, Iulij sub principis ortu,
Palladio decorata nouo, fuit obuia nobis:
In quo, ceu nitido sub cœli turbine Titan,
Athletes legum princeps, suadæq; medulla,
Cum MINSINgero, linguæ dulcedine pollens
BORcholtus fulget, famaq; altum æthera complet.
Incipit vlterius monstrare cacumina Broccus,
BRVNOpolisq; suos, censu ditissima, muros,
Cedentes nullis, templũm seu culmina lustres
Ardua, siue domũm, aut quas lympidus Oucarus ambit,
Bellaces solido solidatas aggere portas:
Seu ciues spectes, queis nil generosius ipso
Vel pacis, vel belli etiam præstantius vsu est,
Et passim sacra rostra patrum, mystasq; sacrorum,
Quos, senio clarus, canisq; verendus & annis,
Vnicus antestat scriptis CHEMNIcius, omnes.
Et iam ter roseos Phœbus produxerat ortus,
Cum tua noctiuagæ, quæ gaudes nomine, Lunæ
Mœnia prospicimus, quiq; altus concubat vrbi
Calciferum, tenuesq; casas, & plumbea vasa,
In queis sal coquitant, cornu prædiuite, putum:
Cum luxum domuum, & dicundo iure periti
Cernimus Husani faciem, tectumq; paternum
BACMEstere tuum, qui nostri sceptra Lycei
Gestas, & vigili conuectans lucra iuuentæ,
Dogma Euangelij, diuinaq; semina spargis.

Hercinia syl. — Hercinia
Goslaria. — Goslaria
Helmstadium. — Helmstadium
Broccus mons. — Broccus
Brunsuiga — Brunsuiga
Oucarus fl. — Oucarus
Luneburga. — Luneburga

His

His ita præteritis, geminâ circumdata nymphâ,
Vandaliæ caput ipsum, Vandaliæq; corona,
Teutoniæq; decus, nos lauta LVBEca receptat, Lubeca.
Lauta Lubeca situ, censu generosa frequenti,
Magna viris magnis, qui iustâ lance ministrant
Sacratas leges, præscriptaq; iura tuentur:
Incluta mercatu, bellis præclara puellis,
Quæ lepido affatu, lepidis narratibus, omne
Abripiunt punctum, vt videas studuisse decori,
Laudemq; vnanimes, vultus candore, mereri,
Et Iouis, & Charitum, vrbs dici, incunabula, possit.
Tantus amor recti, tantum hêc valet aurea Virtus.
Tandem Vachnesso VVagriæ, Trauoq;, fugatis, Vachnes-
Terra apprima ferax, vaccæq;, & messis abundans, fus fl.
Neptuniq; scatens pecude, & ditissima rerum, Trauus fl.
Iucundis cœpta est oculis, Megalepolis ora,
Missumq; à dextrâ SVERInum, nobile stagno, Suerinum.
Templo alto, populi studijs, aulaq; vênustâ,
Et notis virtute viris, linguaq; politis,
Qui sibi sydeream constanti Pallada vinclo
Adstrinxere Deam, Musasq; tuentur, & ipsa
Condecorant vario, natalia culmina, fructu.
Quos inter, calamo, Suada, virtutibus, arte,
Et pietate SIMon PAVLI, & clarissimus vsu est,
Hac patriâ genitus: qui presenti vrbe ROSarum,
Zelotypus scelerum terror, templisq;, scholisq;
Verbum Euangelij, diuinaq; dogmata tractat,
Tractata à nebulis Papæ, Latioq; catharro,
Sic etiam, nihil vt desit, conseruat, & inde
Parturit æternam, claro sibi nomine famam. (lim,
Porro VVISmariã adspicimus, quę diues ab o- Vuismaria
Omnibus ex terris confluxu, opibusq;, virisq;,

Et

Et fuit ingenijs fœta, & cultissima rebus.
Nunc verò gemínis ita pressa sororibus arctè est,
Pressaq; vicinis vndis riualibus, vt vix
(Ni fortuna modum monstrauerit alma) salutis,
Splendorisq;, queat veteris succrescere ramus.
Sed quid ego hæc? patriã tandem complectimur
Rostochiũ ROSTOchiũ, qua non alia opportunior vsquã (vrbẽ
Penè situ est: si quis vel flumina pulcra, secundos
Nauigijs portus, & opimas piscibus vndas
Inspiciat rectè, fœcundaue prædia cernat:
Seu mores hominum cultos, magnumq; Senatum,
Ardua templa, scholæ formam, collegiaq; ampla,
Et turbam spectet, doctorum, ex asse, virorum.
Heìc victus ratio est facilis, facilisq; locorum
Temperies, tenui vendunturq; omnia nummo.
Heìc Musarũ Helicon: quo se, ceu fonte, iuuentus
Abluit, ac puris abstergit barbara lymphis.
Heìc variæ naues, heìc merces; vnde paterna
Vrbs, Pandora Deum, sine crimine, & alteræ Athe-
Positq; Arctoæ paradisus dicier Ansæ. (næ,
Falsa tonet Momus, quæ sunt verissima, dixi.
His ita Diuorum confectis numine, cui iam
Æternùm perago, finito carmine, grates,
Rursus ad Aõnias, suetosq; redire labores,
Et studij incœptam cupio pertexere telam;
At mea, quę nondum potis est requiescere, nondũ
A longis cessare vijs, mens impedit, œstro
Ardescens nimio, insani tentare profundi
Vndas, ac peregrè Neptunia visere regna.
Quis vitio vortet? nisi sanę mentis egenus,
Et portas larium non planè egressus, & is qui
Segnia concluſit calido sua corpora nido.

Sit

Sit quodcunq; velit, verum est, si vera loquamur,
Quolibet in cœtu tenet Experientia sceptrum, "
Et Cynosura hominum, vitæq; magistra, vocatur. "
Id dum mente agito defixâ: Consul honestis
Ingenij excultus studijs, animoq; benigno,
Ac prorsus lepido, cui gratia feruida mores
Temperat, & mentem prudentia larga coronat,
RVNGIVS, Arctoæ legatus totius Ansæ,
Hinc procul ire parat, secumq; abducere memet
Longinquæ cupidum terræ: quò Sarmata durus
Syluosa arua colit, sesq; Polonia bellax
Planitie extollit, gelidis vicina Borussis.
Dum iussum molitur iter; præscribitur ecce
Rursus ad incertum, præsens legatio tempus.
Hinc illæ lacrymæ: Mihi vero DANIA visa est Dania.
Diues opum, messe exundans, vaginaq; rerum
Interea, & rigido canens NORVEGIA cœlo; Norvegia.
Quod meritò ob pisces varios, syluasq;, bouesq;
Sumen & Europæ, & penuaria cella vocatur;
Visa etiam SVEci pars regni, & SCANdia præstãs, Suecia. Scandia.
Cum pulcris generosa tuis HALlandia pratis. Hallãdia.
Innumeraq; vrbes, multi vici, oppida plura,
Quę passim HOLsatia, ac passim POMErania iactat, Holsatia. Pomerania.
Ipsq; vt adnata, & nostris benè nota, relinquo,
Saluus ad Arctoum patriæ remeando Rosetum.
Heic vbi scribendi, & longarum meta viarum est,
Gloria sit CHRISTO, ductori debita nostro.

FINIS.

Fortunæ patientia victrix.

PETRI LINDEBERGII EPIGRAMMATA, AD ORNATISSIMVM VIRVM IOACHIMVM HENETVM.

Multa tibi, præstans vir, debeo, debeo multa,
Ast ego pro multis, pignora pauca fero,
Pignora pauca fero, quæ nec cum crimine prostant,
Nec potare queunt, nec minimùm esse queunt:
Sũt etenim ingenij hæc, non corporis: Hęc, rogo sume,
Prompto, læta, auida; pectore, fronte, manu.

IN IVLIVM CÆSAREM SCALIGERVM.

Nec Deus es, nec homo, nec neutrũ, amplissime Cæsar,
Et tamen ô Cæsar neutrum es, homo, atq; Deus.
Post id, dissimilis similisq; es neutri, hominiq;,
Nec non asimilis dissimilisq; Deo.
Quid Musa intricata refers? dic ordine, dicam,
Verus homo hic vero est corpore, mente Deus.

IN PETRVM BEMBVM.

Plus & maius inest Bembo, quam farier ausim,
Pallade deuictâ Phocidos arua tenet.
Cernens Pallas ait: quâ sedem sede reponam,
Sedemq; in Bembi protinus ore locat.
Hinc eius famæ, magni dædalmata mundi,
Laudiq; angusta est machina tota poli.

In Pe-

IN PETRVM VICTORIVM.

Audax Barbaries intuaſerat vndiq; linguas,
Roma ſuperba tuas, Hellas honora tuas.
Hanc clauâ domitat ſenior Victorius; an non
Etruſcum hunc dices Amphitryoniaden?
Quid? modicũ hoc: Nam qui Latiũ, quiq; Hellada
Hellados & Latij, dicitur eſſe Deus. (ſeruat,

IN CAROLVM SIGONIVM.

Quum pluit, & Phœbus roſeum iubar abnegat ar-
Quilibet, intentus triſtibus, eſſe ſolet. (uis,
Non igitur mirum eſt, Latium quod triſte, Sigoni,
Quodq; pluat lacrymas; Tu quia Phœbus abes,
Et nouus in cœlo es, reliqui tua ſydera docti,
O quàm perſtringis lumina ſyderibus.

IN M. ANTONIVM MV-RETVM.

Quisquis Mureti miraris flumina linguæ,
Oblitus propriæ, ne moriare, caue.
Hic Suadæ eſt Siren, cantuq; interficit omnes,
Qui ſuperare, eius nobile nectar, amant.
Et Deus eloquij id veritus, fataliter ergo
Virgâ hunc percuſſum ſuſtulit ante diem.

IN ALDVM MANV-TIVM.

Patris, auiq; tui, te nomen habere, Manuti,
Sum ratus, haud animam patris, auiq; tui.

At

At nunc demonstras scriptis, te triplicem in vno,
Patris, aui, propriam; pectore habere animam,
Vix me contineo, quin, ipse Manutius, aiam,
Tergeminus pater est, tergeminusq́ auus est.

IN HENRICVM STEPHANVM.

Qui sibi thesauros peperit, ditissimus audit,
At Stephanus partis, audit egenus opum,
Audit egenus opum, & contra ditissimus audit,
Qui pote? res ampla est? est pote, & ampla satis,
Sic fit: thesauros alij per fœnora quærunt,
Hic sibi thesauros, mente, animoq́ parit.

IN PAPAM.

Saturnus quondam Latijs regnauit in oris,
Nunc vbi clauigeri regia cAula patet.
Is fuit immanis genitor, prolemq́ necauit,
Hic homines, banno terrificante, necat.
Is solidi deglutiuit data pondera saxi,
Hic vrbes orbis, cunctaq́ regna vorat.

ollatio
aturni &
ontificis
Romani.

FINIS.

Legi Petzcouij. Anno Dni. 1590.
Die 28. Aprilis.

Ego Hieronymus Schyrlentius Lipsensis, Pastor Animarum Christi, in Petz
[illegible] Inter Rostochium & Thessynum

Tu quaecunque optas, alibi ne quaere, nec extra,
Hoc orbis speciem, sapiens natura, locavit.
HASSIA prosperro, saxosis obsita sylvis,
Obritaque omnimodè nemorosis collibus: amplum
Praebuit hospitium, ac primo Gizena, deinceps Gizena.
Quartâ soror charitum, cujus rivalis Apollo,
Marpurgum excepit sestos, messemque Minervae, Marpurgum
Monstrat cum Sophiae dasectis, juvenumq caterva,
Largo siccanti Cattum Hermesida, potu.
Denuo Jurstebium visum est, ubi aranem hospes Jurstebium
Vix muremque pascat habens, nos perpete luce
Impransos, solisque, viaeque ardore perustos,
Compellit tristes invito carpere somnos.
Nec mirum hoc, cum saepe fames, torturaq variarum, "
Fanda infanda, sitis vesana, pericula vitae, "
Vilis mensa, torus durus, responsio crudа, "
Et peregrinanti exant laudum frigus, et aestus; "
Praesertim veteri, si quis disputa aluta est, "
Nec plus in fundi, suspirat nummulus, imo: "
Haec quicunque nequit, vel tecta ferre recusat, "
Mollis inersque domi patria subsistat in umbra! "
Ardua enim segnes detrectat gloria plumas; "
Talpaque nec solem, nec curat noctua lucem.
Exin Cassilium Hassiacae mera gloria terrae, Cassilium
Et

Munda. Et superata fuit contermina Munda Visurgo,
Visurgis fl. Cum vicina tuis Sani Göttingia rivis,
Sanus fl. Quae patria natus: Latio haud incognitus orbi,
Göttingia Luminibusque viris terrae, Musa Attica Varnae,
Dilectamque caput superis, sydusque Roseti,
Ingenio, lingua, calamo, virtutibus, usu,
Ille mihi meritis merito, et bonitate patronus,
Caselius, longo vitae dignissimus aevo,
Cujus, prae reliquis, fides, me debeo totum.
Et, dum fata sinunt non aspera, dedico totum.
Duce sequente, frequens grassanti sylva latrone
Hercinia syl. Hercinia, isto intrata loco est, quo quaeritur auri
Gamina, venaeque argenti, semenque metalli,
Gastaria. Et prona, auriflivo, Gastaria, colle superbit.
Helmstadium Post urbs Helmstadium, Julii sub principis aevo,
Palladio decorata novo, fuit obvia nobis.
In quo, ceu nitido sub coeli turbine Titan,
Athletes legum princeps, suadaeque medulla.
Cum Minsingero, linguae dulcedine polleus
Borchottus fulget, famaque altum aethera complet.
Broccus mons Incipit utterius monstrare cacumina Broccus,
Brunsuiga Brunopolisque suos, censu ditissima, muros,
Edentes nullis; templum seu culmina lustres
Cucarus fl. Ardua, sive domum, autquas limpidus Cucarus ambit,
Bellaces solido solidatas aggere portas:
Seu cives spectes, queis nil generosius ipso

Vel

Vel pacis; vel belli etiam praestantius usu est
Et passim sacra nostra patrum, mystasque sacrorum,
Quos, semo clarus, canisque verendus et annis,
Unicus antestat scriptis Chemnicius, omnes.
Et jam ter roseos Phoebus produxerat ortus;
Cum tua Noctivagae, quae gaudes nomine, Lunae Luneburga.
Moenia prospicimus; quiq; altus concubat urbi
Calciferum, tenuesque casas; et plumbea vasa,
In queis sal coquitant, cornu praedivite, putum.
Cum luxum domuum, et dicundo jure periti
Cernimus Husani faciem, tectumque paternum
Bacmestere tuum, qui nostri sceptra Lyces
Gestas; et vigili convectans lucra juventae,
Dogma Evangelii, divinaque semina, spargis.
His ita praeteritis, gemina circumdata nymphae,
Vandaliae caput ipsum, Vandaliaeque corona;
Teutoniaeque decus nos lauta Lubeca receptat, Lubeca.
Lauta Lubeca situ, censu generosa frequenti,
Magna viris magnis, qui justa lance ministrant
Sacratas leges, praescriptaque jura tuentur:
Incluta mercatu, bellis praeclara puellis.
Quae lepido assatu, lepidis narratibus, omne
Abripiunt punctum, ut videas studiisse decori,
Laudemque unanimes; vultus candore, mereri,
Et Jovis, et Charitum, urbs dici, incunabula, possit.
Tantus amor recti; tantum heii valet aurea Virtus.

Tan-

Vachnesfl. Travisfl.

Tandem Vachnesso Wagriae, Travoque fugatis,
Terra apparima feras, vaccaque, et messu abundans,
Neptunique secretis pecude, et ditissima rerum,
Exspectante oculo visa est, Megalopolii ora,

Suerinum.

Missumque a dextra Suerinum, nobile stagnum
Templo alto, populi studiis, aulaeque Vetusta,
Et notis virtute viris, linguaque politis;
Qui sibi sydeream constanti Pallada vinclo
Adstrinxere Deam. Musasque tuentur, et ipsa
Condecorant vario, natalia culmina, fructu;
Quos inter, calamo, Sudda, virtutibus, arte,
Et pietate Simon Pauli, et clarissimus usu est,
Hac patria genitus: qui praesenti urbe Rostrorum
Zelotypus scelerum terror, templisque, scholisque
Verbum Evangelii, divinaeque dogmata tractat.

Vuismaria.

Porro Wismariam adspeximus, quae dives olim,
Omnibus ex terris confluxu, opibusque, atavisque
Et fuit ingeniis facta, et eruditissima rebus:
Nunc vero geminis ita pressa sororibus arte est,
Pressaque vicinis undis rivalibus; ut vix
Si fortuna modum monstraverit alma saluti,
Splendorisque, queat veteris surrrescere ramus.

Rostochium

Sed quid ego haec? patriam tandem complectimur
Rostochium, qua non alia opportunior usquam urbem
Fere situ est: si quis vel flumina pulcra, secundos
Navigiis portus, et opimas piscibus undas

Im.

Inspiciat recte, foecundare praedia cernat:
Seu mores hominum cultos, magnumque Senatum,
Ardua templa, scholae formam, collegiaque ampla,
Et turbam spectet, doctorum, ex asse, virorum.
Heic victus ratio est facilis, facilisque locorum
Temperies; tenui venduntur que omnia nummo.
Heic Musarum Helicon quo se, ceu fonte, juventus
Abluit, ac puris abstergit barbara lymphis,
Heic variae naves, heic merces, unde paterna
Urbs, Pandora Deum, sine crimine, et alterae Athenae,
Possitque Arctoae paradisus dicier Ausae:
Falsa tonet Momus, quae sunt verissima, dixi.
His ita Divorum confectis numine, cui jam
Aeternum perago, finito carmine, grates,
Rursus ad Aonias, suetosque redire labores,
Et studii incoeptam pertexere cupio telam:
At mea, quae nondum potis est requiescere, nondum
A longis cessare viis, mens impedit, aestro
Ardescens nimio, insani tentare profundi
Undas, ac peregre Neptunia visere regna.
Quis vitio vortet? nisi sanae mentis egenus,
Et portas larium non plane egressus, et is qui
Segnia conclusit patrio sua corpora nido.
Sit, quodcunque velit, verum est, nisi vera profamur,
Quolibet in coetu tenet. Experientia sceptrum,
Et Cynosura hominum, vitaeque magistra vocatur.

Id

Id dum mente agito defixa: Consul honestis
Ingenii excultus sudiis; animoque benigno,
Ac prorsus lepido, cui gratia fervida mores
Temperat, et mentem prudentia larga coronat,
Rungius, Arctoae Legatus totius Ansae
Hinc procul ire parat, secumque abducere memet
Longinque cupidum terrae: quo Sarmata durus
Sylvosa arva colit, seseque Polonia bellax
Planitie extollit, gelidis vicina Borussis;
Dum jussum molitur iter: praescribitur ecce
Rursus ad incertum, praesens legatio tempus.
Dania. Hinc illae lacrymae: verum mihi Dania visa est
Dives opum, messe exundans; vaginaque rerum
Norvegia. Interea, et rigido canens Norvegia coelo;
Quae merito ob pisces varios, sylvasq, bovesque
Sumen et Europae, et penuaria cella vocatur;
Suecia. Sueci etiam regni pars visa, et Scandia praestans,
Scandia. Cum pulcra generosa tuis Hallandia pratis.
Innumeraeque urbes, multi vici, oppida multa.
Holsatia Pomerania Quae passim Holsatia, ac passim Pomerania,
Jactat, illa at vicina, et nostris benevola, relinquo,
Salvus ad Arctoum patriae remeando Rosetum,
Heic ubi scribendi et longarum meta viarum est.
Gloria sit nostro, ductori debita Christo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1726121186/phys_0043



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1726121186/phys_0048

PETRI LINI … I EPIGRAM-
MATA, AD … SSIMVM VI-
RVM IOA… HENETVM.

Multa tibi, præstans … , debeo multa,
Aſt ego pro mult… pauca fero,
Pignora pauca fero, q… crimine proſtant,
Nec potare queun… ùm eſſe qucunt:
Sũt etenim ingenij hæ… ris: Hęc, rogo ſume,
Prompto, læta, a… e, fronte, manu.

IN IVL… SARE M
SC… M.

Nec Deus es, nec ho… rũ, amplíſsime Cæſar,
Et tamen ô Cæſa… homo, atq; Deus.
Poſt id, díſsimilis ſi… utri, hominíq;,
Nec non aſsimil… q; Deo.
Quid Muſa intricat… c ordine, dícam,
Verus homo hic… rpore, mente Deus.

IN PE… MBVM.

Plus & maius ineſt… ıam fariér auſim,
Pallade deuictâ P… a tenet.
Cernens Pallas ait: … ſede reponam,
Sedemq; in Ber… s ore locat.
Hinc eius famæ, m… nata mundi,
Laudíq; anguſta … tota poli.

In Pe-

Image Engineering Scan Reference Chart TE163 Serial No. 306
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
DS 16000
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
UB Rostock
the scale towards document
mm Inch

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1726121186/phys_0049